

HOSIUS VERE HOSIUS
ΟΣΙΟΣ ΑΛΗΘΩΣ ΟΣΙΟΣ

S. Alban. in apol. de fuga et in Epist. ad Solit.

HOC EST

HOSIUS VERE INNOCENS
VERE SANCTUS.

DISSERTATIONES DUÆ

I.

DE COMMENTITIO

M. HOSII CORDUBENSIS EPISCOPI LAPSU.

II.

DE SANCTITATE
ET CULTU LEGITIMO EJUSDEM.

ACCEDIT

III.

POTAMIUS INNOCENS
INNOCENTIÆ M. HOSII VINDE X.

SEU

De innocentia Potamii Ulyssipponensis Episcopi; deque
emolumento in M. Hosii innocentiam inde manante.

AUCTORE

MICHAELE JOSEPHO MACEDA
PRESBYTERO.



BONONIÆ MDCCXC.

Impressit Lælius a Vulpe. *Superioribus annuentibus.*



EXCELLENTISSIMO ATQUE ILLUSTRISSIMO

D. D.

ANTONIO CABALLERO
ET GONGORA

Archiepiscopo Episcopo Cordubensi, Regii et præclari
Ordinis CAROLI III. Magnæ Crucis Equiti, Catholicæ
Majestatis a Consiliis etc.

MICHAEL JOSEPHUS MACEDA.

Cogitanti mihi, Excellentissime atque Illu-
strissime Pontifex, vias omnes, quibus Magni Ho-
sii innocentiae ac legitimo cultui consulerem, vi-
sum est tandem, haud satis me suscepto muneri
facturum, si, duobus hisce tantum pro virili parte
stabilitis, quasi jam plene officio functus consiste-
rem, neque aliud ultra contenderem. Quip-
pe occurrebat animo, Dissertationem præsertim
secundam, in qua cultus asseritur, ab eruditis for-
tasse non improbandam; sed tamen reportaturam

HOSIUS vere HOSIUS

Ὁσῖος ἀληθῶς Ὁσῖος

S. ATHANASIUS SÆPE,

Hoc est,

HOSIUS vere INNOCENS.

*De commentitio Magni Hosii Cordubensis
Episcopi lapsu*

DISSERTATIO HISTORICA, ET APOLOGETICA.

1. **U**Sque adeo præclara sunt in universam Religio-
nem merita Hosii, ut qui famam ejus sartam
tectam servare contenderit, eruditionis quidem
vel ingenii laude carere possit; honesti conatus, atque
grati animi gloriâ non item. Sola tamen hac illectus spe
haud ego difficilem provinciam assumerem post recentes
præsertim Scriptores Hispanos, qui Civis sui mores ca-
stissimos, et intemeratam ad mortem usque religionem
vindicare tentarunt. Sed pupugit me valde, quod talis
tantique viri et Patronos et Actores, quotquot legerim,
omnes sublestis armis decertare adverterim: hinc autem
hoc consecutum est malum, eruditos nostri temporis fe-
re omnes deploratam Hosii causam habere. Scio, veniâ
dignos esse causæ optimæ patronos non optimos; quippe
antiqui atque Hosio ætate pares vel supparem Scriptores
plerique adeo parce atque confuse, ne dicam imperite et
contrarie, scripserunt postrema ipsius gesta, ut vix Œdi-
pus sufficiat deregendæ veritati.

*Necessaria
est Apologia
Hosii*

2. Huic animi mei vulneri gravius vulnus accessit,
dum Athanasii testimonium, quod cum Hosii culpam ex-
tenuat, tum ejusdem pœnitentiam in morte refert, pas-
sim jam nec immerito ab eruditis velut apocryphum re-

*hoc præser-
tim tempore:*

A

proba-

POTAMIUS INNOCENS
INNOCENTIÆ M. HOSII
V I N D E X.

*De Innocentia Potamii Ulyssipponensis Episcopi;
deque emolumento in M. Hosii innocen-
tiam inde manante.*

DISSERTATIO TERTIA APOLOGETICA.

1. **Q**Uamquam prima *de commentitio M. Hosii lapsu* Potamii cau-
sa expeditior,
quam altera
Hosii. Dissertatione abunde defensus videri potest U-
lyssipponensis Antistes Potamius, recentiorum
tamen perversa existimatio de ipso facit, ut
hanc causam separatim examinemus, non quidem actum
agentes, quod veteri proverbio reprehenditur, sed nova
multa afferentes, quibus non Potamii solum, verum Ho-
sii etiam innocentia magis ac magis corroboretur: et ve-
ro hinc fiet, ut mutuam Hosio gratiam Potamius jam
referat. Hujus certe expeditior, quam illius, est causa,
quandoquidem adversarium neminem unum habet, qui
non etiam Hosium accuset; hunc contra plures condem-
nant, qui ne verbum quidem de illo faciunt. Quapropter
criticorum recentiorum prudentiam fortasse desideres,
qui hominem bene de religione aliquo saltem tempore
meritum inhumane omnino habent, dum iidem Hosium,
si non satis apte, certe satis studiose excusant. Mihi
quidem adeo Potamii causa probatur, ut, quamvis affa-
tim demonstratam eam jam fuisse non arroganter possem
dicere, tamen hoc solum concedi mihi nunc postulem,
argumenta nimirum omnia, quæ tum ex SS. Phæbadio
et Hilario, tum ex Luciferianis Presbyteris adversum ip-
sum adduci solent, incerta esse, proptereaque ambiguum,
si ea duntaxat considerentur, illius innocentiam videri.
Nolo